



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 55. Joannes Briennius Constantinopolim.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

ria, ut visum fuerit, coercebis. Sic e- Sæcul. XIII.
nim ab oblocutorum maledictia famam A. C. 1229.

Ecclesiæ, nostramque illæsam servabi-
mus. Hæc Epistola die decima nona
Maji, anno millesimo ducentesimo vige-
simo nono data est. Ceterum, an hæc
moderatio, fervente bello, facile locum
habere possit, virorum militarium ju-
dicio relinqu.

§. LV.

*Joannes Briennius Constantinopolim
vocatur.*

Pontificis copiæ urbes haud parvo sane *Ric. S. Ger.*

numero in Campania, in Apulia, ac 1228. & seq.

in omnibus Italiæ provinciis, quæ pare-
bant Regi Siciliæ, subegerant. At ubi
nuncium vulgatum est, Fridericum Im-
peratorem, ex Terra sancta reiectum,
Brundusium appulisse, ejus militibus re-
diit animus, ac ille brevi temporis spa-
tio, quæcumque amiserat, recepit. Quin
etiam hostilis exercitus Dux, Joannes
Briennius, relicta Italia, in Franciam re-
diit, necessaria ad iter, Constantinopo-
lim suscipiendum, comparatus. Quip-
pe Roberto Cortenacensi, anno superio-
re millesimo ducentesimo vigesimo octa-
vo fatis functo, relicto successore fratre
suo Balduino, novem decemve anno-

G g s rum

Sæcul. XIII. rum puer, Francorum Principibus in
A.C. 1229. Romania visum fuerat, nihil salubrius in

rem suam se facturos, quam si Joannem
Briennium, Regno suo Hierosolymitano
3. ep. 15. spoliatum, advocarent. Tum inter ipsos
Rain. n. 47. convenit, filiam unicam, quæ Joanni su-
peresset, Balduino juveni, ubi ætas per-
mitteret, nuptui tradendam esse. Joan-
nem Regem coronandum esse Imperato-
rem, cuius Dignitatis titulo & auctori-
tate, quoad vita frueretur, gauderet.
Balduinum vero, postquam ad annum
ætatis vigesimum pervenisset, Regno
Niceno, omnibusque Ditionibus, quibus
Latini in Asia potirentur, esse præficien-
dum. Hæc Constitutio a Summo Pon-
tifice die nona Aprilis anno millesimo
ducentesimo vigesimo nono confirma-
ta est.

§. LVI.

*Recentissima contra Imperatorem Ex-
communicationis sententia.*

Hucusque Gregorio Papæ satis fue-
rat, Fridericum a Communione Fi-
delium removere, sed minas, fore, ut
acerbiora de eo decerneret, opere non
implebat. Hoc autem anno, postquam
Excommunicationis sententiam iterum
confirmasset, addidit sequentem clau-
fulam:

*ap. Rain.
n. 37.*